Nº 234   20 8bris 1615.

R. M.

269

N 70.

Nactus hanc occasionem Joannis Heruardi primi foecialis seu Regis armorum Regis Domini mei clementissimi Vellus aureum Ser.mo Principi filio Ma.tis Vrae ferentis; meum esse putaui Ma.tem Vram similiter salutare cum obsequiorum meorum recordatione atque iteratâ oblatione, Deinde Ma.ti Vrae exponere, quod Prorex Neapolitanus, et Legatus Hispanicus Romae residens, aliique Ministri Catholicae suae Ma.tis summopere desiderent Vt Ma.tas Vra dignetur denominare et promouere in Cardinalem Dominum Abbatem Potsinchium Ma.tis Vrae Neapoli Residentem, quem arbitrantur vtilissimum fore rebus et seruitijs Ma.tis Vrae, et domus Austriacae, quae Regiae domui Ma.tis Vrae adeo coniuncta est. Cùm autem ego sim suae Ma.tis Minister maximè vicinus aulae Ma.tis Vrae, alij à me petierunt Vt hoc intercessionis officium omnium nomine praestarem apud Ma.tem Vram, quam Deus diutissimè incolumé tueatur, rerumque omnium prosperitatem eidem largiatur. Pragae 20. Octobris 1615.

R. M. V.

Addictissimus cliens

Don Balt.r de Zuniga

272

+

Ser.mo Principi ac Domino D. Sigismundo

Regi Poloniae, Suecorum, Gottorū, Magno[-]

[...]niae, Russiae, Prussiae,

Livoniae, Dño meo gratiosissimo

22 ottobr 625
Don Balthazar Zuniga
Risp.ta [illegible] [illegible]
J.M.